

A commoda ferens, in omnibus Deum glorificans, & ejus san-
cto gratias agens nomini, ad Christum laetus migravit. Ex
Menologio Græcorum, Baron. tom. 9. an. 735. 2.

THEOPHILUS Imperator, Tyrannus sacris imaginibus infestus
cum properaret pictores omnes perdere; vel, si vivere mal-
lent, jubebat, ut ipsas expentes, tanquam prophana quædam
pedibus in terram projecta conculerent: præter alios compre-
hensus est & Lazarus monachus, qui tunc pingendi arte cele-
bris erat, ac prius ille Theophilus Deo repugnans, obsequiis
ipsum devincere tentavit, sed ubi omni adulatione præstantio-
rem cum vidit, ad infamiam sibi vim convertit, tantique
tormentis ipsum excruciat, ut nec superesse quidem posse
existimaretur: & ita corpore male habentem concludit in car-
cere. Sed postquam illum convalescere audivit, rursusque
imagines depingere, laminas ferreas ignitas ipsius palmis jus-
sit admoveri. Igitur carnes depalcebatur ignis, quoad animo
tandem defectus Athleta jacuit semimortuus. Verum oportebat
divina gratia hunc reservari, ut posteris esset incitamentum.
Quare Tyrannus ut extremum jam spiritare sanctum di-
dicerit, Regine precibus ille cum quibusdam aliis, qui sibi ma-
ximè propinqui erant, & carcere liberatur, & in templo Præ-
cursoris, quod ita vocabatur, formidabilis, occultus est,
atque ut sese habebat, plagis male affectus, Præcursoris ex-
pressit imaginem, quæ diu conservata sanat ægrotos. Ex Ioan.
Cypriano à Baron. tom. 9. an. Dom. 832. 5.

Cum Constantinus Coptonymus Imperator, & impiissi-
mus Tyrannus, in Christicolæ, & sacrum cultores imaginum
suam rabiem exerceret, & ante civitatem in Martyris Maman-
tis (quæ dicitur) basilica, suo consueto præfessisset supercilio:
& magnam ex scenica illa specie factum, magnam autem ex af-
ferente illo satellitio gloriam sibi induisset: & nec eos quidem,
qui aderant, solum intueri sustineret: orthodoxos vero torvè
& ferociter adpicere, & nihilo mitius, quam fera agrestis,
in eos ferretur: & alios boum nervis crudelissimè cæderet, alios
autem igni & aliis suppliciis traderet: multorum vero etiam
ipsum oculos & linguam erueret, ut illi quidem aliorum athle-
tarum non adficeret animi magnitudinem, nec hinc tole-
rantia magnam acciperent solatium: hac autem adempta non
possent alios ad certamen incitare, neque eis veluti manum
præbere per consilium & suasionem: aliis autem simul manus
& pedes auferret, propter vehementiam iræ & acerbiteriam:

sanctus Andreas martyr animo fauciatus, & pro Domino spir-
ans virtutem & animi magnitudinem, cum è medio corde si-
bi esse precatus, & subinde dicitur: Domine serva, Domi-
ne dirige, seipsum in media conjicit pericula, & eorum qui
circumstabant, divisa multitudine, latens eos, qui abigebant,
cum venisset in conspectum Imperatoris: Cur, inquit, o Im-
perator, si Christianus es, hæc mala machinaris adversus Chri-
sti imaginem, ejusque servorum? Ille autem non ferens hanc
loquendi libertatem, & sed spernam contumeliam esse exi-
stimans, loquentem sanctum statim interrumpit, & iis, qui
adstant, jubet eum comprehendere. Ille autem eadem spi-
rantibus manibus in eum irruentes, & alii quidem ejus caput,
alii autem manus apprehendentes, alii verò superiorem ale,
& alii tunicam, per summam contumeliam, ut ei, qui iusserat,
magis gratificarentur, eum humi dejiciunt, qui erat animo
excello. Tandem post innumera tormentorum atrocissimo-
rum genera ab illo constanti tolerata, cum videret Tyrannus
se illius fidei thesaurum suffurari non posse, jamque esset ani-
mi dubius & perplexus, ed descendit, ut se fateretur super-
pium, nempe ut eum morte deinceps damnaret: & jubet, ut
suisibus alligatis beatis illis pedibus, in solo trahatur per totam
viam publicam: deinde ut cum ductus fuisset ad locum malefi-
corum, ibi jaceretur, qui Eden, qui supernis tabernaculis,
qui erat dignus ipsis cælis. Cum autem martyr curteret hunc
cursum decertationis, & in terra per plenum urbis forum traher-
etur, ut quidam, qui è mari fuerat piscatus pisciculos, & eos
in foro proponebat venales, sedebat autem super cathedram
pestilentia, cum vidisset eum tam turpiter trahi, & quantum
esset causa, accepisset, exiit statim, tanquam à malo aliquo
morsu demone, & cum è propinquo cultum macelli arripuis-
set, eo & pedem sacri martyris amputat, & sistit martyri cur-
sum decertationis, eique sinem imponit certaminis. Nam si-
mul cum pedis amputatione è vita quoque excedit vir genero-
sus, vel potius ad eum currit, & ad eum ascendit, qui posuit
ejus viam nulli representationi affinem, & perdidit pedes ejus
tanquam cervi, & collocavit super excella. Ex Sim. Metaph.
Siv. 17. Obob. c. 6. & sequent.

Memorat S. Paulus Epist. ad Heb. c. 9. Jacob Patriarcham
jamjam moriturum, postquam filius benedixit, adorasse fasti-

gium virgæ Joseph filii sui, dominantis in Ægypto, id est, E
sceptrum ac potestatem illius, idque incurvando & inclinan-
do, prout fieri solet, dum profunda exhibetur reverentia; va-
rias hujus rei causas Interpretes assignant, quæ præsentis loci
non sunt. Cæterum ex hac adoratione septu Josephi Patres
Nicanæ Concilii II. in epist. Hadriani Papæ ad Constan. &
Irenem, & in L. Leonii, probant adorationem & cultum
imaginum, eumque non in imagine herere, sed ad prototy-
pum suum referri & transire docent. Sicut enim Jacob incur-
vans in scepro Josephi, non ipsum sceptrum, sed Josephum
Principem, cujus symbolum & imago erat sceptrum, adora-
vit: ita cum veneramus imagines, non imagines, sed San-
ctos, quorum sunt imagines, veneramus. Si enim hoc im-
pium esset aut superstitionum, impius & superstitionis fuisset
Jacob, qui sceptrum Josephi adoravit; quod absit. Sicut
enim veneratio sceptri, erat veneratio Josephi; ita veneratio
imaginis, est veneratio Sancti, cujus ea est imago. Adde,
quod Jacob in scepro hoc, non tantum præsentem Josephum,
sed & Christum longè abentem, cuius ea est imago. Adde
facile nasciturum, quasi in imagine sua præsentem, adora-
vit; credebatur namque Christum ex scepro nasciturum in Cha-
naan, ut exponunt Sedulius in locum Pauli allegatum, &
Procopius.

* SUPERSTITIO ET ABUSUS CIRCA
IMAGINUM CULTUM ABOLENDUS.

Cæterum, ait Gregorius decimus in 6. de officio ordinarii,
c. 2. detestabilem abutem horrendam indevotionis illorum, qui
Crucis, Beate Mariæ Virginis, aliorumque Sanctorum imagi-
nes seu statuas irreverenti ausu tractantes, eas in aggravatio-
nem cessationis à divinis, proferunt in terram, & utricus spi-
ritus supponunt, penitus reprobantes, aliquid tale fieri de
cætero ditricius prohibemus: statuentes, ut in eos qui contra
fecerint, ultix procedat dura sententia, quæ delinquentes sic
puniat graviter, quod alios à similibus præsumptione compe-
scat.

Sed omnium sceleratissimè peccant malefici, venefici & si-
ge, ad incantationes, veneficia, & alia id genus horrenda,
factis imaginibus abutentes. Sed quæ legalibus canonicisque
pœnis fuerint expianda.

Neque minus peccavit, qui imaginem (quamvis non sac-
ram) carbone in tegula pictam baptizavit, sub nomine puel-
le, quam in sui amorem illicitè volebat. Contra quem scrip-
sit ad Officiale Tornacensem Agidius Carletius Decanus
Cameracensis.

Postremò, sicut Synodus Cameracensis sub Maximiliano
Archiepiscopo primò celebrata, abominandum dicit esse vani-
tatem & superstitionem eorum, qui cerò pollicentur, non ex
hac vita migraturos sine penitentia & sacramentis, qui hunc
illuven ex divi colerint: sic enim vanissimæ superstitionis
arguendum est, si quid tale sacris imaginibus alicubi subscrip-
tum habeatur. Valeant igitur de Christophoro carmina:
Christophore sancte, virtutes sunt tibi tante,
Quis te mane vident, noster tempo vident.

Christophori sancti speciem quicumque tuetur:
Ista nempe die non morte mala morietur.

Item,
Christophorum vident, postea tutus eas.
Ex Ioanne Molano lib. 2. de Imaginibus c. 35.

ITEM IN CIRCUMGESTATIONE
EARUMDEM.

Catholicæ Christi Ecclesiæ legitimam dumtaxat Imagi-
num usum probare, ex Concilii Tridentini saluberrimo super
ea re decreto, colligitur. Impium autem ab usum improbare:
non vanam superstitionem, aut immodicum cultum laudare,
sed corrigere, atque cum D. Augustino, malos incautosque
filios hac in parte vel levissimè peccantes reprehendere &
castigare. Quæmadmodum præclaro exemplo Reverendissimi
Domini, & Illustris Principes, Maximilianus à Bergis Ar-
chiepiscopus Cameracensis, & Gerardus à Groesbech Episcopus
Leodicensis, Theologorum Lovanien. consilio, peregrina-
tionem illam (& processionem) D. Virginis ad VVAustrum
instaurarunt: superstitionique relictis, legitimo suo usum jam
dudum vindicarunt.

Sic ante multa secula Collyridianas mulieres damnavit Ec-
clesiæ, quæ currum sive sellam quadratam ornantes, expanso
super

Imber.

Vide Pluvia.

Imitatio.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

IMITATIO, Exemplum, *imitatio*, Imitor, *imitator*, Sequor,
alium mihi imitandum propono. *Mit* verbum signi-
ficat, *Achar* adverb. temporis, postea & post. Ex his dua-
bus vocibus Hebræi componunt verbum *Malechata*. Imitatio
est, abire post aliquem, imitatus est. Est autem proprie imi-
tari, similitudinem alicujus exprimere; habereque locum tam
forma corporis quam animi, puta moribus, conversatione,
&c. A voce (*imitus*) deducunt Neoterici, quòd inferiores ordi-
nariè ductum & exemplum sequantur superioris. Melius alii
ab Hebræo *imitus* locus, aut *imitus* juxta, propè; qui enim
alium imitatur, ei proximus aut associatus nititur.

* APOPHTHEGMATA.

PYLADES, Hilam, negligenter saltantem Oedipodem, hac
voce calligavit *οὐδέποτε*, id est, tu vides: quum ille Oedipo-
dem jam cæcum exprinere debuisset. *Erasm. lib. 6. Apoph.*

ALEXANDER quum apud Epheum conspectam effigiem sui
corporis ad vivam magna arte expressam admittaretur, quæ
interim forte equus inductus picto in eadem tabula equo hinc
nitret, deceptus imitatione Apelles, Equus (inquit) Rex, mul-
to melius quam pates essent, his essent. Themistocles enim
fugit ad Persas: Pericles mansit Athenis. *Plutarch. in Rom.
Apoph.*

HADRIANUS sophista, in convivio sophistarum, ad quos
adhibitus erat tanquam egregii cujuspiam arcani confors fu-
turus, quum sermo fuisset ortus de characteribus dictionis,
& in quo quisque præcelleret, & quid in quoque potissimum
imitandum esset: At ego, inquit, describam characteres haud
quaquam recentens incivilis, intellectus, membra aut
rhythmos; sed me ipsum mihi imitandum proponens: om-
niumque inventa ex tempore proferens, flexu quodam oratio-
nis ac lingua permittam hæc omnia. Quid de hoc Hadriani
dicto judicandum sit, viderint Critici, illud fecit, Horatium
non temerè exclamasse, O imitatores servum pecus. Et ho-
die videmus quosdam qui se totos addixerunt exprimendo Ci-
ceroni, frigidus & clumbe evadere. Quòd si quos delectat
illud orationis genus leve & *χαρῆς*: equidem nec oblo cui-
quam, nec invideo. At ipse malum Epicteti rudem & indo-
latam phrasin, sed naturalem, quam Socratici omni filosofor-
um genere pictam. Hujus Hadriani dictionem Herodes
sophista solebat appellare, *καλὸν μὲν ἀναρῆματα*, id
est, colossi magni fragmenta, simul in juvene notans oratio-
nem nondum satis compostam, simul laudans & vocis & ani-
mi magnitudinem. *Verba sunt Erasm. Roterod. lib. 3. Apoph.
ex Philostr. soph.*

IMITATIO,
RESPECTU PERSONARUM.

Qui, Quos imitentur Imitatores.
Homines Dei.

COELESTINUS V. Pontifex a seculo insidens, Christi humilitatem
amulatur. *Vide Tit. Magistratum sacro se abdicare.*

POPULI, POPULARIUM.

Tradunt, Medos multarum rerum auctores Armeniis fuisse,
ac prius etiam Persis, qui in potestate Abi successerunt,
Nam quæ nunc Persica schola dicitur, & equitandi & sagittan-
di studium, & cultus & ornatus, & religiosa à subditis in
Reges veneratio, à Medis profecta est. Idque verum esse vesti-
tus declarat, Nam tiara, & cidaris, & pileus, & manicata tuni-
ca, & anaxyrides in frigidis & borealibus locis, quales sunt
Medi, apta gestamina videntur. In australibus vero nequa-
quam. Persæ autem magna ex parte rubrum mare accolunt:
magis enim meridionales sunt, quam Babylonii, vel Sussii. Hi
post subactos Medos quædam sibi vindicaverunt, quæ Medo-
rum erant; & adeò honesti & regii victorum mores vincen-
tibus viti sunt, ut pro nudis ac levibus muliebris gestare, &
velamentis contegi paterentur. Sunt qui dicunt, Medem quæ
ibi imperavit, quemadmodum Jason, vestem hanc prius com-
monstrasse. Nam ea faciem suam occultabat, cum pro Rege
exiret. *Strabo lib. 11.*

De

A De Creta univēse consentiunt gentes, quod prisca temporibus optimis fuerit instituta legibus, ejusque amulos & sectatores fuisse Græcorum optimos atque primarios, in primisque Lacedæmonios, sicut in volumine de legibus Plato demonstrat, & Ephorus in lib. de Rebuspubl. Europæ. Postea delapsa est ad latrocinia. Strabon. lib. 10. ex Aristot. in 2. Plat.

Ab Afris quadringo equos jungeræ Græci dicitur. Herodot. lib.

Scotorum mores patrii circa Malcolmi Cammoir tempora mutati ceperunt. Vicinis enim Britannis primùm a Romanis subactis, otioque enervatis, ac postea à Saxonibus expulsi, commisitit eorum commercio nonnihil, mox Picis quoque delectis, ubi affinitate Anglis conjungi ceperunt, mores quoque eorum amplexi sunt, cognomina sibi nobilitatis impo- nentes, eaque Anglorum more offentes: mox etiam Du- comitum quoque appellationibus introductis: cum olim ejusdem potestatis essent Thani, hoc est, quæstores Regii, ob fidem virtutemque, non ob sanguinem iis muneribus donati. H. Boeth. in Scotia.

Cum Jacobo I. Scotorum Rege, qui per xix. annos in Anglia captivus fuerat, in patriam revertente, venerunt Angli aulicique complures, præsertim cum Rex Anglicam duxisset uxorem. Quorum imitatione Scoti maximis impensis & deliciosis convivia instruere dicitur. Cui malo ut obviam iretur, in Synodo Perthii indicto, censentibus quibsdam, morem hunc penitus ex ipsa etiam Regis aula exterminandum, placuit ramentis perierit, ut magnatibus quidem liceret, sed foemilibus dumtaxat diebus, ut atrociores (quorum ante eam ætatem nunquam usus Scotis fuerat) ac delicatioribus edulis. Qua lege effecture, ut pretio atque honore luxu insuper addito, sensim contempto edicto, majori intemperantiæ occasio fuerit data. H. Boeth. lib. 17.

REGES IMITATORES REGUM.

AGESILAUS Archidami F. Lacedæmoniorum Rex, vir maximi animi, habito delectu, clausaque instructa, in Asiam contra Artaxerxem Regem Persarum profecturus, Agamemnonis æmulus, Aulidem rem divinam facturus venit, quod illinc Agamemnon etiam dea placata ad Trojam solvisset. Intellegit enim se beatoris, quam Agamemnon olim fuisset, civitatis Regem esse; neque minus, quam olim ille, cunctæ Græciæ imperare. Quod si Artaxerxem vinceret, & Persarum opibus potiretur, multo majus & clarius facinus hoc videri posse constabat, quam fuisset Priami regnum evertere. Paus. in Laco- niis.

P. SCIPIO Africanus Cyrum Xenophontis, C. Jul. Cæsar Alexandrum Magnum, Scimus Turcarum Princeps Cæsarum imitatur. Vide Tit. hist. utilitas.

OTHO SYLVIVS Imp. suscepto Imperio, super ceteras gratulantium adulantiumque blanditias, ab infima plebe appellatus Nero, nullum indicium recusantis dedit; imò, ut quidam tradiderunt, etiam diplomatibus primisque epistolis suis ad quosdam provinciarum præfides, Neronis cognomen adjecit. Imagines statuasque ejus reponi passus est: & procuratores atque libertos ad eadem officia revocavit. Nec quicquam prius pro potestate subscripsit, quam quingentes lesteria ad pera- gendam auream domum Neronis. Sueton.

VITELLIVS Imp. factus, ne cui dubium foret, quod exem- plar regendæ Reipub. eligeret, medio Martio campo adhibita publicorum sacerdotum frequentia, Inferias Neronis dedit, ac solemnî convivio citharædum placentem palam admonuit, ut & aliquid de Domitio diceret: inchoantique Neroniana cantica, primus exultans etiam plaussit. Sueton.

ALEXANDER SEVERVS Imp. elaborabat, ut dignus illo nomi- ne videretur, imò ut Macedonem illum vinceret; dicebatque inter Romanum Alexandrum & Macedonem multum interese debere. Fecerat denique sibi atyropalidas, & chrysoalpi- das: fecerat & phalangen xxx. millium hominum, quos pha- langiores vocari jussit: & cum quibus multum fecit in Persi- de: quæ quidem erat ex sex legionibus simulum armorum, sti- pendiorum vero post Persicum bellum majorum. Lamprid. in Alex. Severo.

Scotorum.

ALEXANDER Magnus scorti Thaidis infaniam in Persepoli- ce incendenda imitatur. Vide Tit. Scotorum.

SUBDITI PRINCIPUM.

Hospitæ Lesbæ ad molam cantabant, Molle molamole; etenim molit Pittacus, magnæ qui Rex est Mitylene: ἀλσ

μήλα δ' αὖτ' ἐν Πίττακῷ ἀπὸ μεγάλης Μιτυλήνας βασιλευσέν. Plut. in Convivio.

HIPPARCHUM Pilsitratî F. doctissimum Principem Athe- nienſes secuti sunt in doctis hominibus observandis atque co- lendis. Elian. lib. 8. Par. hist.

Syracusanî plerique Dionysium tyrannum, Platonis disci- pulum factum, incredibile studio imitati sunt, ita ut tyranni- dis sedem pulvis occuparet, præ iis qui Geometriæ operam da- bant. Plut. in Dione. Ut verò in Dionysium incurrit Plato, ille autem salute Philoſophiæ dicta coniecit denuò se in pocula, scorta, nugas, & libidinem: cunctos statim, ut si à Circe poculis transfigurati fuissent, inertia, socordia, vitæque rem- issio occupavit. Plut. de Dignosc. adulat.

ANTIOCHUM Syriæ Regem luxuriosissimum Milites imitati sunt, auteis clavis crepidas subnectentes, argenteaque vasa ad usum culinae comparantes, & tabernacula textilibus figillis adornantes. Val. Max. lib. 9. c. 1.

Ad Imperatorum Arcadii & Honorii exempla multos subdi- tos conversos esse, tum Græcos, tum hæreticos, narrat So- zomen. lib. 8. c. 1. Nominatim verò in Phœnicæ plurtim ab im- pio idolorum cultu ad veram pietatem conversi sunt, missis è qui templa idolorum, jussu Imperatorum, destruerent. Theo- dor. lib. 5. c. 20.

Scotorum gens, si nulla alia, Regum exemplo ducitur, eo- que promptissime vel ad virtutem vel ad improbitatem sese componit. H. Boeth. lib. 11.

DISCIPULI PRÆCEPTORUM.

ANTISTHENES Athenienſis à Socrate præceptore tolerantiam edoctus, Cynicam sectam condidit. Laert. lib. 5.

PLATO Socratem usque adeo suos fidei scriptis imitatus est, ut Junior Socrates passim, etiam ab Aristotele, appellatus fue- rit. Boni enim discipuli esse putabat, præceptoris sui eximias virtutes posteritati literarum monumentis commendare.

FILII PARENTUM MINORES MAJORUM IMITATORES.

Noe posterî, patrem suum imitati, summo studio in propa- ganda gente per totum terrarum orbem flagrantur. Ex nulla è unquam regione domove tot coloniarum, aut plures in colonias missi leguntur, quam ex ea terra quam Noe & illius successores post diluvium tenuere. Nulla propemodum regio est in terris, quæ aut non primùm sit ab his culta, aut recenti cultu non instaurata. Sab. lib. 3. c. 9.

Israeli, & filius domesticum & pecularem fuit, oves pascere. Pastor fuit Jacob, cum juvenis esset: & filii paternum studium secuti, tamen multum numero, præter unum & alterum, ceteri tamen pasturam exercere: adeo uni rei dediti, ut in Ægyptum profecti, eam potissimum regionem per Josphum à Rege impetrarint, quæ rei esset pecuariae præcipue idonea. Ibid.

Machabæorum patris Matathæi studium & pietatem secuta cohors illa Ducum verius quam filiorum, perpetuum gessit bellum cum Syriæ Regibus. Non hostium opes quæ validissi- mæ erant: non domesticis casibus, quibus ad invidiam servientis fortunæ Judas & fratres factati sunt, excutere poterunt ferrum ex illorum manibus: quin fuit omnibus his bellandi si- H. Ibid.

Rechabite apud Isajam paternæ educationis acerrimi sectatores, pastores vite ovium esse, imitatione patrum suorum, jactant: neque vinum in æternum bibere velis pollicen- tur. Ibid.

Arabes patria instituta mordicis amplectuntur: ita ut ne aliam quidem artem liberi exercent, quam cui parentes suos deditos fuisse ciant. Sab. lib. 6. c. 1. ex Strabone lib. 16.

Cum Ægyptiis Lacedæmonii in hoc congruunt, quod eorum prætores & tibicines & coqui, in paterna artificia succedant: & coquus è coquo, & tibicen è tibicine, & præco ex præcone gignitur. Herod. lib. 6.

MACARIA ultro se offerens mori pro salute Athenarum (quandoquidem vates consulti à Demophoonte de victoria responderant, superaturos Athenienſes Euryſthea, si maculæ- sent de nobili genere puellam) apud Euripidem in Heracleidis sicat:

Τὴν ἑσπερὴν δὲ, εἰ τίς τις δὲ ἀξίω
κίβδησον ἡμῶν ἀνεχθῆναι ἀπὸ τῆς
ἀντι δ' ἀποσιδῶντες ὄλλαναι ποῦς,

Platō

A Πᾶσι τοῖσι δὲ, εὐδαιμονία δὲ δούρις
Ὀὐδ' οὐδ' ἐπιτοῖς δὲ γέλασθ' ἀξίω,
Σταθῆναι δὲ ἰσχυρὰ δαιμόνων καθύπευθε,
Πατρὸς δ' ἐκείνου οὐκ ἔστι δὲ περιχαρῆς,
Κακῆς βράδυ. τίς τὰδ' εἰ γενναίως ἀπέπει?

Quid dicemus enim, si civitas dignatur periculum nostri gratia suscipere magnus; nos ipsi verò facientes aliis nego- tia, cum liceat servari, fugiamus non mori? Minime: quo- niam etiam ridiculum esset, lugere nos supplices diis affiden- tes: & à patre illo natos, à quo prognati sumus, ignavos videri. Num hæc bonos decerent?

CADMI nepotibus naturali quodam modo & ingenium fuisse videtur domesticum dissidium, dirisque in suos sevien- di furor. Nulla unquam regia tot favitiæ monstis convulsa est: nulla sua ipsius injuria atrocius afflicta, exilia, fugæ, præcipitationes, nocturni terrores, mutue cædes, tragici la- nianus. Sensit demum fratrum rogus infausitæ stirpis genium, flammarum dissidio diritatem gentis testatur. Sabell. lib. 3. cap. 9.

ÆCÆI levitas in hospitali jure colendo, & fide hospitibus præstanda, ad nepotes quoque pervenit. Reliquit Æthram prægnantem Ægeus, Medeam prodidit. Theſeus hujus filius Ariadnam domo abductam exprodit. Helenam rapuit, Ama- zonen peremit. Demophoon, quem Theſeus procreavit, Phylidem Thraciæ reginam relictam ad mortem compulsi- Dubium, fato an consilio sit toties fides, & amor ab una fami- lia læsus. Nulla (ut verè dicitur) domus aliquo contenta fuit exemplo. Idem.

In Arfacidarum gente, apud Parthos parum legitimè regna- re credebatur, qui non ex incesto matris filique concubitu conceptus esset. Tantum ritus mosve aliquis, quoquo modo receptus, valet, ut quod apud alios nefas sit cogitare, non fe- cisse apud quosdam probro fit & ignominia. Idem ibid.

Magnum & inexpiablem fuit Barchinæ nobilit. Carthaginen- sium familiaris in Rom. nomen odium, & quod nisi cum exi- tio & interitu finiri non potuit. Obit Amilicæ olim hostis Rom. populi, & mos futurus, si vita superfuisset: perierunt Amilicæ filii hostes, atque omnium infestissimus Annibal, qui venenum hausit, ne Romanum ferret. Sic aliquantò prius Sophonisba ejusdem gentis, sic Hadrubalis uxor capta Car- thagine: fatius rata mortem cum filiis occumbere, quam Scipio- num cedere. Idem.

PROLOMÆVS Philippi Amynthæ filius reverè fuit, verbo au- tem Lagi: ejus enim mater uxorem ferens, Lago à Philippo pro uxore data est. Offendit idipsum interpres illius in mulie- ris amor, à patre quasi hæreditarius. Cum enim Eurydici- en Antipatri filiam uxorem duxisset, ex eaque liberis etiam suscepisset, Berenices nihilominus (quam Eurydice comitem in Ægyptum Antipater miserat) amore capus, filios ex ea quoque genuit. Ex iis Prolomeum regni successorem decla- ravit: qui Antinoem germanam forem sibi matrimonio ad- junxit, ex Ægyptiorum, quibus imperabat, lege. Pausanias in Atticis.

Quidam se excusabat, quod patrem verberasset: Nam & ipse, inquit, patrem suum verberavit, & ille rursus suum; quin & filium ostendens. Et hic, inquit, ubi in virtum evaserit, me quoque flagris cadet: hoc enim gentile nobis est. Quidam præterea raptabat ut filio, quumque ad januam perductus foret: Desine, fili; nam & ego patrem, inquit, hæcenus. Arist. lib. 7. Ethicorum.

D Appiz familiaris gentile fuit, Romanam plebem odisse: quo affectu imbuti principes ejus gentis, tam contumaciter cum plebeis magistratibus certarunt, ut ne rei quidem ad populum subigi poterint ex his quidam, hortatu aut precibus suorum, ut ad invidiam levandam vestem mutarent. Sab. lib. 3. c. 9.

METELLOS suum non desecit studium, & mos quidam affe- ctandi cognomina vel ex ignobili victoria. Hinc Numidici, Balearici, Cretici, Macedonici, in eadem familia appella- tiones, quæ si cum una, quam ex Africa victa tulit Scipio, quumque ut Asia, consenserunt, est multa numero, facere non poterunt æquilibrium. Sab. lib. 3. c. 9.

Romæ Curionum genti eloquentiæ studium familiare fuit, & veluti per manus a majoribus traditum, & à nepotibus per imitationem confirmatum: nam tres continua serie fuerunt in una domo elati oratores, & in his Curio: qui Cæsarianarum partium factus, civili bello secundo ad Bagradam in Aphrica mortem occubuit. Sab. lib. 3. c. 9.

HORTENSIA, Hortensii oratoris filia, patrem ita effinxit dice- endo, ut honestissima & venerabilis femina, orationem ad Triumviros, Reipub. constituendæ habuerit pro sexu suo:

quem posterior ætas non modò in admirationem & laudem E muliebris facultiæ, sed ad imitationem quoque legit, ut Ci- ceronis scripta vel Demostenis. Lud. Vives ac Christian. femina lib. 1. & Val. Max. lib. 8. c. 3.

M. BRUTUS Cæsaris interfector, paternum genus à Junio Bruto duxit, qui Tarquinium urbe expulit, mater verò ejus Servilia genus repetebat à Servilio Hala: qui Spurio Manlio tyrannidem moliente ac seditionem concitante, pugionem sub ala ferens in forum proceffit, & propè illi affilens, quasi ha- beret quod cum eo ageret & confertus, caput inclinatum per- culsit interfectique. Plut. in Bruto.

CONSTANTINUS Magnus Constantii patris religionem imi- tatur. Vide Tit. Religionis disciplin.

Arcadius & Honorius zelum patris sui Theodosii secuti, toto orbe Romano templa idolorum destrui jussere. Sigebert. 170.

CONSTANTINUS V. Leonis III. Imp. impietatem à canabulis longè superavit, impio patri scelestissima succedens soboles Cuspin.

LEO IV. filius Constantini Copronymi, ex Chazara geni- tus, paternæ impietatis non modò minus quam Imperii heres ac suc- cessor: omnia paternam imitatus vitia, advertebat matre Bul- garici sanguinis pientissima. Cuspin.

Rex Oltrogothorum Theodemirus, summa hyeme conglaci- atum Danubium nactus, exercitum flumen transtulit, an. 482. atque improvisa in Svevos impressione invecus, & ipsos & locos eorum magna edita strage concidit: ac victor do- mum reversus, Theodericum filium obfidem à Leone Imper. Constantinopolitano remissum cum regalis opulentia munere- bus lætus excepit: qui jam annum octavum decimum erat natus. Ille verò fortitudinem parentis imitatus, locis militi- bus assumptis, Danubium, ipso in scio parente, transivit, ac Sarmatarum Regem victoria Ducis Romanorum furentem prostravit: reverſusque ad patrem, Sigidonem, quam Sar- mata Romanis ademerant, cepit, ac juris sui effecit. Sigon. lib. 14. Imp. occid.

GUNDEBERGA Theodelindæ & Adoaldi Regis Longobardo- rum F. Rodoaldi Regis uxor, religionem matris imitata, ut illa Modocæ, sic ipsa Tarracina, Joann. Baptistæ templum edificavit, plurimoque auro & argento exornavit. Plat.

MAHOMETVS II. fratres occidens, Orthomannorum fa- milia hoc patrum esse dicebat. Vide Tit. Libido regi- gnandi.

Fuit diu Francorum Regum domus Rom. Pontificibus pro- fugium. Nulli Christiani nominis Reges impensis fuerunt Apostolicæ sedi, quam Pipinus, & Pipini Carolus filius, qui Magni cognomen tulit. Ejus posterî res Pontificum sapies re- xerunt, aut majore studio exereunt afflicti. Sab. lib. 3. c. 9.

Ubalduorum familia Perusii, multos christianissimos Jurecos. protulit. Consule Tit. Invecoff. recentiorum, sub nomine Bal- di.

LAURENTIUS JUSTINIANUS Venetus, Bernardi ex Quirina fi- lius, mortuo patre, adoleſcens adhuc videns matrem juvenis orationibusque & elemofinis vacantem, feræque catena audiens lumbos cinctam, nec interim disciplinam domesticam negligentem: maternæ pietatis æmulus, semper cum ea im- pubes adhuc agere, clamque sibi lectum sternere, virentia- que ligna pro molliore pluma sibi subjicere: donec vale dicto matri, secutus præterea vocem nocturnam, monasticam vitam complexus est. In qua sic excelluit, ut Patriarchali postea dignitate primus à senatu Veneto donatus, hodie Inter Divos habetur. Scriptis etiam testatur, quæ hodie extant, secutum sese veram pietatem, & matris exemplo, & virginis pollicita- tionem, quæ per somnium illi occurrit, quæ se Sapientiam Dei esse diceret. Egnat. lib. c. 4.

SORES FRATRUM.

BERNARDI Abbatis Claravallensis Soror, dum fratrem vi- sicut, mundum contempſit. Ornata multo cum fastu ad mo- nasterium venerat, aditus prohibita est. Causa cur repelleretur cognita, lugens pro foribus stetit, & Peccavi (inquit) sed pro peccatoribus Christus mortuus est. Si delinquentem despicias, ne despicias corrigi volentem. Admissa audivit, quante vani- tatis esse ille ornatus, quo caro mox in terram cessura, & in putredinem resolvenda, comitur, decoraturque. Tunc dom- num rediens, imperata à viro conjugii solutione, religioni sese addixit. Mart. lib. 3. c. 7.

CON-

CONJUGES CONJUGUM.

CROZIAS Rex Judaeorum fecit malum coram Domino: Gener enim erat Achab Regis Israelitarum impit. 4. Reg. 8. & 2. Paralip. 22.

D. LUDOVICUS Regis Francorum uxor Margarita, aemula fortitudinis viri defuncti se totam religionem dedit: ac suburbanam Lutetiae aedem septuaginta velarum seminarum observatione D. Francisci extruxit. Aemil. lib. 7.

PHILOSOPHI IMITATORES PHILOSOPHORUM. EMPEDOCLES Agrigentinus Parmenidem imitatus est, item Anaxagoram & Pythagoram: ab illo quidem constantiam & gravitatem vitae atque habitus: ab hoc vero naturae rationes mutuatus. Laert. lib. 8.

Eorum Philosophorum nonnulli, qui sibi sectas peculiares instituerunt, ab Homero occasionem acceperunt. Democritus quidem, cum viâ fœ simulacra sua comminissetur: Arcitenens vero simulacrum fecit Apollonis.

Quidam etiam decepti sunt, cum quæ non ita sentiens, sed occasione intervensi aliquid dixerat, arripissent. Nam cum Ulysses apud Alcinoem detentus, luxurie & voluptatibus deditur, in gratiam ejus hæc diceret:

Nam nihil in vita jucundius arbitror esse, Quam cum letitia populus perfunditur omnis, Convivæque domi, digno ordine quisque locati, Percipitur suavis cantus: mensæque gravata Muneribus Ceresique & gravi carnisbus adstant: Vinaque depromens largo crateræ minister Infundit patris: summæ hæc mihi vita probatur.

his seductus Epicurus, voluptatem summam esse bonum statuit. Et quoniam ipse Ulysses quandoque veste amictus fuit villosa & delicata, aliquando panis & centonibus peram gestans: ac modò cum Calypso dormit, modò ab Iro & Melanthio est per contumeliam habitus: hæc vitæ imaginem arripit Aristippus, cum paupertatem & labores fortiter tulit, tam voluptatibus astatim utus est. Plur. de Homero.

PLATO Epicharmum Siculum & Sophronem Mimographum imitatus est in multis: prædixit hoc fore Epicharmus. C. Vide Tit. Varricima que scripto sunt.

ORATORES HISTORICORUM Imitatores.

LUCIANUS auctor est, octies Demostheni exscriptum Thucydidem, quò succulentiam ejus omnem ebiberet, familiariter illi hæc ratione factus. Cælius lib. 13. c. 19. Antiquarum lectio- num.

HISTORICI IMITATORES Historicorum.

POLYBIUM secutus est ætate nostra Paulus Jovius (inquit Bodinus) quod attinet ad universam sui temporis historiam. Sed hoc inter utrumque interest, quòd ille vel rebus gestis interstitit, vel præfuit, vel publica ubique monumenta vidit: hic audita & inaudita plerumque scribit: ille in militari ac domestica disciplina diu exercevit, hic neutram attigit: ille in sua Republ. princeps, hic privatus: ille Imperator, hic medicus: ille magnam Europæ partem, oram Africæ & Asiam minorem, ut populorum mores intelligeret, peragravit: hic annos septem & triginta, ut ipse gloriatur, in Vaticano confedit: ille Scipionis Africani moderator, ac bellorum ubique socius: hic Pontificum perpetuus comes.

Duos magnos Græcarum rerum scriptores Herodotum ac Thucydidem, summos fuisse imitatores Homeri, tradidit Demetrius Phalereus: quia tamen ipsum non eodem pacto reddere, sententiasque ipsius exprimere soliti sunt, sed longè alia ratione, ac judicio diverso: quippe cum apertè id simpliciter Herodotus fecerit, ac nomen etiam ipsius Poetæ posuerit, non sententias tantum inde transfulerit. Cum contra Thucydides majore artificio id tractaret, & surta illa tegere, ac leviter immutare, ne facillè agnoscerentur, semper conatus sit. Victorius lib. 28. Var. lect. c. 21.

POETÆ IMITATORES Poetarum.

PANERATES Arcadius imitatus Hesiodum, ipse Sardarica composuit. Gyrald. Dial. 3. Hist. poet. MENANDER & admiratus maximè, & secutus est, quamvis in opere diverso, Euripidem. Quintilianus. ENNIUS Evemerum Poetam Messenium imitatus esse dici-

tur à Cicerone, quoniam fortes & claros viros in Deorum numero merum relatos recenset. Gyrald. Dial. 3. Hist. poet.

PLAUTUS comicus Epicharmum in primis, deinde Diphilum & Philemonem imitatus est. Gyrald. Dial. 3. Hist. poet.

VIRGILIUS Maro, quamvis ingenio excellenissimo fuit, maluit tamen in plerisque Græcos tunc imitari, quam suo periculo scribere. Itaque in Eclogis Theocritum, in Georgicis de signis tempestatum Ariam Phænomena imitatus est: in eversione Troje describenda Platidum ferè ad verbum transfudit. Aneida totam, Homeri Iliadem & Odysseam in unum contrahens, composuit. Quos versus ab Homero sumpsit. Macrob. lib. Saturn. c. 2. & seq. ostendit. Quinimo tam dulcis ei rola est Homeri imitatio, ut vitia quoque nonnulla emulari voluerit ibid. c. 24. Ex Apollonio totum quarum Aneidos, Medæe infaniam ad Didonem transferens: ex Pindaro Aneidam mutuatus est, c. 17. Quos verò ab antiquis Latinis Poetis vel integros vel mutilos versus accepit, lib. 6. c. 1. & 2.

OVIDIUS Naso imitatus est Callimachum Poetam, qui contra Apollonium discipulum ingratum, carmen virulentissimum, Ibin inscriptum, ab aegypto, ediderat: nam simili genere scripti contra uxoris sollicitorem usus est, cum in Ponto exularet. Gyrald. in 3. Dial. poet.

CORN. Gallus in Elegiis secutus est colorem Euphotionis Chalcidici elegiographi. Probo Grammatico teste.

SEX. AUR. Propertius, Callimachum Cyrenicum & Philitum Coum in Elegiis imitatus est. Ipse certè Roman. Callimachum appellavit. Gyrald. Dial. 4. Hist. poet.

MARTIALIS secutus est in Epigrammatis Marsum Poetam, Pedonem atque Gericulum: quorum exemplo seipsum tuetur, ac lascivam verborum licentiam excusat. Catullum quoque, & Licinium Calpurni plerim fecit. Crinitus de poet. Philoephorum.

In componendis fabulis à Socrate magistro invitatum EURIPIDEM in Nebulis auctor est Aristophanes. Mnesifochus verò fabulæ Phryges ligna, hoc est, materiam ministratæ Socratem cecinit: quod & suo carmine ipse Euripides non negavit. Gyrald. in Hist. poet.

HISTRIONES ORATORUM.

Q. HORTENSIVS plurimum in corporis decore motu positum credens, penè plus studii in eodem elaborando, quam in ipsa eloquentia affectanda impendit. Itaque necesse, utrum cupidiùs ad audiendum eum, an ad spectandum concurreret: sic verbi oratoris aspectus, & rursus aspectui verba serviebat. Constat, Axiopum atque Roscium artis peritissimos, illo causal agente, in corona frequenter assistisse, ut fore petitos gestus in scenam referrent. Val. Max. lib. 8. c. 10. & Val. lib. 13. c. 3. Antrop.

MEDICI MECHANICORUM.

APOLLIDES & ARCHIMEDES architecti machinamentum Theriastum invenerunt ad naves deducendas, funibus non per manus, sed per ergatam attractis. MEDICI eos imitati, structurae modum minuentes, Theriastum chirurgicum ad luxata fractaque restituenda fabricarunt. Oribasius de Machinamentis.

MUSICI POETARUM.

TERPANDER Homeri versus imitatus est, Orphic modos in cithara. Plur. de Musica.

MECHANICI IMITATORES Mechanicorum.

PATRIAS Sicyonijs pictor ex Plin. lib. 13. c. 11. amavit in juvene Glyceram municipem suam, inventricem coronarum, certandoque imitatione ejus ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam. Verùm ibid. lib. 21. utriusque hoc potius assignare videtur, scribens: Postea variatè ceptum mitura versicolori, florumque invicem odores coloreque accendere Sicyonii ex ingenio Pausias pictoris, atque Glycæ coronarum, dilectæ admodum illi, quum opera ejus pictura imitaretur.

EUPHRANOR pictor Grammaticum de Jovis archetypo confudit.

Vide Tit. Placita aliorum sequi in Mechanicis. PRODICUS Phocæus, Epicus venustus, scripsit Minyada, opus variis historicis rebus: ex quo Polygnotus picturatum nonnullatum sumpsit argumentum.

CHRISTIANI IMITATORES

Judeorum. Vide Polydorum lib. 4. de Inventoribus. Ignis lucernarum æternus, potius à Mosaico quam à Vestalium traxisse suum videtur apud Christianos. Polydorus lib. 6. cap. 11.

Ethnicorum.

Facies ardentes per agros circumferre prid. Cal. Mart. ut in Umbria hodie & Germania solent, à Cerealiis veterum, qui nocte cum facibus curabant, ad fecunditatem agrorum obtinendam. Polydorus. Calendis Maji ironibus domos exornare, Fortalium reliquiæ videntur. Idem.

Calend. Jan. Regem creare, à Saturnalibus desumptum videntur, quibus servis domini ministrabant. Idem. Quinquaginta minorum & Megalensium vestigia, & Bacchanalium, duobus ferè ante Quadragesimæ initium mensibus, nostri retinent, quando personati per urbem discurrunt infaniam. Polydorus.

Hæreticorum.

Pallendi rationem per Antiphonas, id est, choros sibi alternatim succedentes, primus Constantinopoli instituisse D. Joannes Chrylostomus legitur, æmulationem quadam Ariarum, qui ad oratoria fura utrum procedentes, inter eundem ea modulandi ratione utebantur, singulari quadam pietatis specie: Ne itaque simpliciores à saniore Ecclesia, illa hypochriti abalienarentur, similia ipse quoque instituit, & quidem majori cum splendore & magnificentia, additis ardentibus facibus, & argenteis quibusdam crucibus. Soerat. lib. 6. c. 8. item Socom. lib. 8. c. 8.

GENTILES IMITATORES JUDÆORUM.

PYTHAGORAM Philosophum Hermippus asserit multas Judæorum leges in suam sectam transfuisse. Joseph. lib. 1. contra Apionem.

JUSTINUS martyr in Paraclesi ad gentes, & Eusebius in Præpar. Evang. & Theodoretus de Græcorum affectionibus, Platonem ex Hæreticorum libris multa in suos transfuisse scribunt. Hinc Numenius Philosophus dicebat, 71. de Theodot. & Moveris ad Justinum. Quid est Plato, nisi Moyses atticizans? Et Aristobolus Indæus ad Philometora lib. 1. sicut Eusebius citat: Legem, inquit, nostram in multis Plato sequutus est: apertè namque in volumis diligenter examinasse singula videntur. Mosaica enim volumina ante Alexandrum, & ante Perfarum Imperium traducta fuerant: unde plurima, sicut & Pythagoras philosophus ille, accepit. Vives in lib. 8. de Civ. Dei. c. 11. ubi Angul. inquit: Mirantur quidam nobis, in Christi gratia locati, cum audiunt, vel legunt, Platonem de Deo ista sensisse, quæ multum congruere veritati nostræ religionis agnoscunt. Unde nonnulli putarunt, eum quando perrexit in Ægyptum, Hieremiam audisse prophetam, vel scripturas Propheticas in eadem peregrinatione legisse. Sed diligenter supputata temporum ratio, Platonem indicat à tempore, quo propheta vit Hieremias, centum ferme annos postea natum fuisse. Etgo nec Hieremiam videre potuit ante defunctum, nec easdem scripturas legere, quæ nondum fuerant in Græcam linguam translata: nisi forte quia fuit acerrimi studii, sicut Ægyptias, ita & istas per interpretem didicisset: non ut scribendo transfereat, quod Ptolemæus pro ingenti beneficio meruisse perhibetur: sed ut colloquendo, quid continerent, quantum capere potuisset, addisceret.

Christianorum.

JULIANUS, ut templa gentilia Christianorum Ecclesiis conformaret, iussit in iis altaria & primarias sedes edificari. Sozom. lib. 5. c. 16.

SCORTA PHILOSOPHOS IMITANTUR.

GNATHENA meretricis, Legem convivalem conscripsit, juxta quam ad ipsam ejusque filiam convivas accedere oportebat: quod ad eorum philosophorum æmulationem faciebat, quires hujusmodi conscripserunt. Hanc legem scripsit Callimachus in tabula tertia legum. Athen. lib. 13. c. 14. & 17.

VICTORES SUBACTORUM.

Horat. lib. 2. Epist. de Romanis & Græcis, sic scribit: Græcia capti sermum victorem cepit, & artes Intulit agresti Latio.

HOMINES BELLUARUM Imitati Mores.

Homines bestiarum Democritus summis in rebus esse discipulos ostendit, araneæ in texendo & faciendò, hirundinis in ædificando, sua viter modulatum oloris & lusciniæ in cantu & voce fingenda. Jamarris medicæ ex uno quoque trium L. B. Theat. Vita Human. Tom. IV.

generum magnam in eis & insignem portionem videmus. E. Non solum enim medicamentis utuntur, cum restudens origanum, mustela ruram, quando devoraverunt anguem, superedant canes felle laborantes, certa herba repurgent se: draco oculorum caliginem maratho dissipet & incidat: urfus, ut primum lustro est egressus, arois sylvaticum edat, quòd hujus acrimonia intestinum ejus coalitum refert: alias fastidiosus pergat ad fornicarum cuniculos, ibique assidens, succo dulci madentem exerat linguam, dum formicis (cateat, quæ devorata ei prosunt. Purgationem, quam sibi Ibis ex saliginis adhibet, animadvertisse Ægyptii & imitatores esse referunt. Sacerdotes autem, ex qua bibit Ibis, aqua se lustrant: nam si medicata vel alia infalubris sit, non attingit eam. Verum etiam inedia curantur quedam. Siquidem Ipsi & leones, quando carnis nimium sunt oppleri, cubantes foventque se quiescunt. Tigris narrat objecto ei hædo, cum victus ratione utitur, non vesca bidum, tercio die potere famelicam aliud, & carneam lacerare, illi parere, quòd manu redditur, ab elephantum familiarem. Sed & curam, quæ manu redditur, ab elephantum usurpari ajunt: jacula, spicula, & sagittas assidentes vulneratis citra cruciatum expeditè & sine incommodo extrahunt. Capræ Creticæ, quæ dictamno guttato facillè sagittas expellunt, mulieribus prægnantibus monstraverunt, huic herbarum elidendi partus esse: siquidem ad aliud nihil propterea vulnerate, sed ad quærendum & investigandum pergunt dictamnum. Plur. de Animam. compar.

Nauplienes cum demorsam ab asino vitem, quam perituram existimabant, sequente anno letiores & uberiores fructus proferre viderunt, fortuitum ad argentum traduxere, & putatione imitati voluere. Pausanias.

Voces.

Magnes ex Icaro urbe, Comicus, omnium animantium voces imitatus est, & ab istis fabulis suis nomen indidit. Quemadmodum Aristophanes Ranarum coaxatum, Avium voces, Vesparium bombos imitatus est. Gyraldus.

RESPECTU RERUM QUAS IMITANTUR. G

Imitati.

NATURAM RERUM UNIVERSIM.

Videntur antiquus ille fabulosus Proteus, saltator quispiam aut histrio fuisse egregius, qui sciret se in omnia formare omniaque imitari, ita ut aqua humorem, & ignis acumen per motionum celeritatem imitaretur, leonis feritatem, iram pardalis, arboris susurrum, & omnino, quicquid collubisset, reserret. Natalis Comes lib. 8. c. 3. Mythol.

SAPIENTIAM.

PYTHAGORAS, ut creditur, apud Heliopolitas magna in admiratione fuit, admiratusque illos eorum gryphos & mysteria esse imitatus, scitæque suis ænigmata textit. Siquidem à literis hieroglyphicis multa ex præceptis Pythagoricis nihil discedunt ceu hæc. In sella ne comedas, Super chemicum ne sededas, Palmam ne seras, Ignem domi gladio ne fodiās. Plur. de Iside & Osiride.

ELOQUENTIAM.

PERICLES Pissistratum imitatus est, tum eloquentia, tum etiam tyrannide in populum. Hoc tantum interstitit, quòd armatus Pissistratus, Pericles verò inermis Remp. tenuit. Plur. in vita.

DEMOSTHENES Periclem imitatus est, cum in aliis, tum etiam hoc ipso, quòd nunquam nisi præmeditatus verba faceret. Autortatem ea re Pericli imparem, eloquentiæ certè principatum obtinuit. Plur. in Demosthene.

CHARISIVS, orator insignis, multas orationes Attico genere scripsit, cum Lyliam oratorem præstantissimum imitati cuperet. Cic. in Bruto.

M. TUL. CICERO è Græcis Demosthenem imitatus est, è Latinis Q. Hortensium, oratorem summum, ut in Bruto testatur. LOLLIANUS Ephesus Sophista, & scholæ & populo præfuit Atheniensis: dicebat extemporaliter, licet imitatione, quem audivit. Philostratus.

SATRIVS RUBEVS non fuit contentus vulgari facundia, sed Ciceronis æmulus esse voluit. Plin. in Epistolis.

A Philo Judæus, Alexandriæ natus, discipulisque omnibus eruditus, in nostra & Græcorum philologia facit ceteros antecellit. Eloquentiæ enim Platonis acedæmulator fuit, ut communi jam proverbio celebretur, si *idcirco pariter, si ceteros æmuletur*. Aut Platonizant, aut Philo platonizat. *Volat. lib. 18. Anthrop. ex D. Hieronymi Catalogo scripturarum.*

Christophorus Longolius Mechliniensis Belgæ, Jurecoss. cum adolescens per omnia eruditionum genera vagaretur, neque quænam unum, vel quod eruditionem, vel quod stylum, sibi imitandum proponeret, sed ut ipse de se dicere solebat, tantum in unoquoque notaret, quantum acutè aut sententiôsè dictum esset, eo factum est, ut prudenter semper ferè diceret, quod fuit etiam natura: oratio verò ejus, quæ ex verbis undiquè accersitis constaret, nullam neque elegantiam, neque venustatem præ se ferret, formamque dicendi inconstitit & minimè æquabilem redderet. Petrus Bembo cum multa ejus prudenter quidem scripta, sed iniquis & corruptis verbis referret videret, dolere se apud eum sapè testatur, quod cum è natura & literis ad oratorias artes instructissimus esset, voluntate etiam in eas maximè propensus, negligeret tamen eam partem emendatè & Latine loquendi, quam Cicero eloquentiæ Romanæ parens, solum & quasi fundamentum oratoris esse judicavit, unde etiam eloquentia ipsa nomen sumpsisset: Magnopere igitur est cohortatus, ut totam suam dictionem, ad præstantem illam Ciceronis formam revocaret: eumque solum ex oratoribus sibi imitandum proponeret. Cujus consilio & auctoritate tantum tribuit, ut quinque annos continuos ab ea cohortatione nullum denique alium auctorem Latinum in manibus haberet, nullum legeret, præter unum Ciceronem. In quo tantum studio industria profecit, ut post breve tempus cum sibi eam legem indixisset, ne alius, atque à Cicerone sumptis verbis uteretur, ad omnia ferè, quæcumque animo conceperit, exprimens, abundè ex illo uno verba electa suppetere. Cumque se totum ad summum illius oratoris imitationem dedisset, sicque toto animo contendisset, ut nihil unquam magis, quam perfectam illius scribendi formam animo inclamaret, etiam in omnibus quæ scripsit, ut eodem modo dicere posset, magnopere laboravit. In hæc verò formam scriptæ sint ab eo orationes duæ, quibus eorum C accusationi respondet, qui eum Romæ perduellionis reum egere; unâ præterea ad Lutheranos oratio, & aliquot epistolæ ad amicos. Reliqua omnia quæ scripsit, ipse abolenda censuit, idque ut ita fieret, amicis moriens commendavit. Obiit Patavii in flore ætatis, eloquentior quam doctior, Ann. Sal. 1522. *Auctor vita.*

SCRIPTURAM, MANUM.
TITUS, quæcumque vellet, chirographa imitabatur: ut joco, dum per ludum certaret, falsarius quandoque vocaretur. *Cæsp.*

ALEXIS, T. Pomponii Attici puer antianthenis, cum Titus morbo impeditus, sua manu, ut consueverat, ad M. Cicero, scribere non posset, ipseque manus illud obire deberet, nitentur effingere manu Pomponii, ne intelligeret Cicero, literis aliena manu scriptis, amicum ægrotare. Quare inquit Cicero, se animum illius amare, probareque studium, atque optimam voluntatem, qui tantum diligentia poneret in se fallendo, sollicitudineque liberando. Quia tamen non ita licuit exprime manu Attici, quin ipse diversitatem literæ cognosceret, addit, se non amare manu illius deprehensam, quod erat indicium invaluendi Attici. *Vallor. lib. 18. Var. lib. 10.*

PUGNANDI GENUS.
Retiariorum Gladiatorum ars imitatione Pittaci instituta. *Vide Tit. certamina ex provocacione.*
CÆREMONIAS, RELIGIONEM.
JULIANUS Apollinæ callidissimo commento omnia, quæ in paganismo essent, ad Christianorum cultum, mores, actiones, ritus, consuetudines attempavit: templæ sedibus & processionibus ornavit: lectores, qui ceteris docerent & monerent, instituit: horas certas precationibus destinavit: molierum patreæ atque virorum in sacris suis habere curam justit: peregrinorum divitiorum, & pauperum habitacula instruxit, collationes præcepit: peccantium penitentia leges ordinavit, & post eam, medicorum correctionem & receptionem. Notas denique & formas literarum, quas Episcopi Christianorum pauperibus & peregrinis dabant, ipse quoque imitabatur, persuadens sibi, his artibus & novo fucio se effecturum, ut pagani brevi omnes fierent. *Entrop. lib. 1. Sozom. lib. 5. c. 16.*

MECHANICAM INDUSTRIAM.

Vendicavit sibi duplici nomine famam Germania, duarum artium inventione, militariam scilicet tormentorum, & imperitorum librorum: quarum hæc pacis & otiiatrix est & parens, ut prior illa belli. Utrovisque verò Venetiæ in terra Italica usum sibi vendicavit primum. Siquidem Genuensibus bello, primum à Germanis Venetiæ tormenta inportata fuerunt, quæ defendendæ libertatis Venetæ præcipua fuit causa. Quin etiam Paschali Maripetro Duce, Nicolæ Senionis industria Veneti typographiam felicissimo auspicio sic cæspere, ut inde de per universam Italiam, Galliam & Germaniam auspiciis sine sit sparsa. *Egnat. lib. 8. c. 11.*

MORES.

CLEOMACHUS pugil Magnæsi in cinædi cujusdam & ancillæ amorem incidens, quæ à cinædo aliebat, cinædorum & mores & orationem imitavit est. *Strabo lib. 14.*
SEVERUS Imp. expeditionibus Hannibalis æmulus celeritate & patientia incredibilis. *Strabo lib. 5. Enn. 7.*
Sinarum in India populi, homines exteris difficillime in urbem suas admittunt, ne moribus externis oblecti, ad instituta suis paulatim deducantur. *Ofor. lib. 11.*

CONSUETUDINEM ANTIQUORUM.

Apud Massiliensæ a condita urbe gladius est, quo novissimè jugulantur, rubigine quidem exesus, & vix sufficiens ministerio: sed index, in minimis quoque rebus omnia antique consuetudinis monumenta servanda. *Val. Max. lib. 2. c. 1.*

VIRTUTEM IN GENERE.

Erat M. Catonis casa, agris M. Curii, qui ter triumpavit, vicina: Quod cum commicaretur affidè, prædique angustias & penuriam spectaret humilitatem: subsistebat animo, illam virum, qui cum inter Romanos esset maximus, & gentes subegisset bellicosas, atque Pyrrum Italia summovisset, hoc rusticulum ipse foderet, & hæc habitaret casam. Post tres triumphos ibi ad focum sedentem, atque ipsam rapas exilantem cum reperisset legati Samnitium, magnam auri pondus ei obtulerunt, quos rejectit, negans esse aut opus, cuius talis ludibrio cæna: male autem vincere se aurum habentes, quam ipsum habere. Hæc fecum volvens abibat Cato, & domum suam ex altera parte contemplantis, & prædia, & servitia, & viciniam, intendit laborem, sumptusque immodicos circumcidit. *Plur. in Carone.*

JACOBUS I. Scotiae Rex, per decem annos apud Anglos captivus, tandem ab Henrico V. liber dimissus, bonas literas passim docendas per viros doctissimos pretio accitis curavit, & bonos mores, quos apud Anglos dicitur, coluit, cum suis Heroibus de virtute certavit, juvenitum legibus continuit, bellicique exereuit artibus, ut ne animi per licentiam & otium insolentes fierent: & quia noverat apud ipsos Anglos, quantum in bello ars sagitariorum valeret, idcirco pubem Stoicam usum ejus rei diligentius solito perdidicere voluit, penam iis statuens, qui à puero arti operam non dedissent. *Polyd. lib. 5.*

IMPROBITATEM IN GENERE.

MICHAEL Balbus Imper. vitam Constantini Copronymi summo studio æmulatus, ad summum impietatis perexit. *Cædremus.*

PRUDENTIAM.

ALFONSUS Aragonius Rex juvenis prudente judicio Salomonem imitavit. *Consula Tit. Indices prudentes in foro.*

LEGISLATIONEM.

Ut auctor Ephorus est, Minos cujuspiam antiquissimè Rhadamantibus imitator exiit, viri quondam justitia & equitate celeberrimi: qua appellatio illius frater dicitur est. Ille primus legibus insulam, & habitandis urbibus & civibus instituit ad mansuetiores ritus vivendi perduxit: decreta singula à Jove se ferre fingens. Sic & Minos per novem annos in Jovis antro immoratus, consulta & sanctiones Jovis esse asserat. *Hino Odyss. 7. in iustis & sanctis dicitur. Strabo lib. 10.*
Spartanorum Remp. ad imitationem Cretensium, cum quibus vixit, instruit Lycurgus. *Vide Calium lib. 18. c. 26. Antiqu. Lib.*

ZAMOLXIS quam præclatè institutum Pythagoræ domini sui imitatus fuerit in Getarum Repub. & Legibus immutandis, *Pere ex Tit. Prudentia in pœnendis legibus.*

ROMULUS in cæteris veterem coluit Atheniensium morem: at in mechanicam artium celebritate, Lacedæmonios potius imitatus est. Nullam enim reliquit Romanæ civitati artem

Atem exercendam, præter agriculturam & disciplinam militarem: unde suprema illa laudatio in civitate Quiritium: Bonus miles, bonique colonus. *Sab. lib. 6. c. 1.*

Romani leges, Atheniensium imitatione, decem tabulis comprehensas, pro rostris posuere.

Ann. 1505. Noribergenensis, ampla & florens, atque imprimis libera, suique juris in Germania civitas, missis ad urbem legatis, exemplum Venetarum legum à Venetis petierunt: velle quæ sese eis uti legibus, ostenderunt. Quod quidem illis Senatibus frequens concessit. *Bembus lib. 7. bis. Ven.*

CALLIDITATEM.

ZOPYRUS imitatus est Rificem equonem in facie vulneranda. *Vide Titulum, Commatum hostium perdere, potus incommodando.*

TARQUINIUS Superbus Periantrum Corinthium, seu potius Thrahybulum Milesum imitatus, dum decussis papaverum capitibus silo indicat, quid de facie fieri velit. Nam Demetrius Prisci Tarquinii pater Corintho profugus, exempli illius observationem secum attulerat. *Sab. lib. 6. En. 2.*

PHILIPPUS, Demetrii filius, cum ad virilem ætatem pervenisset, accepto regno Macedoniæ, magnam universis Græcis terrorem incussit, cum ipso Philippi nomine (à Philippo enim Amynthæ F. oppellit, libertatem amiserant jam olim) virum verò quod ipsius factio æmulabatur, pecunia sibi civitatum principes conciliandos, quos intelligeret privati sui lucrum quam patriæ libertatis, majorem rationem habere. *Pausan. in Achais.*

FORTITUDINEM.

Mulci Bacchi, plures fuerunt Hercules. Evenit tamen, ut potestrem superiorum facta imitatus, etiam gloriam nominis priorum labore partam in se solum transferret: ut *Diod. lib. 3. cap. ult. ostendit.*

PHILIPPUS, Macedonum postea Rex, ab Alexandro fratre etiam magis puer obles datus Thebanis, Epaminondæ strenuitate in militia & imperio observata, imitator deinceps illius habitus est: quæ tamen exiguè fuit portio Epaminondæ virtutis: temperantia verò, justitia, magnitudinis animi, lenitatis quibus verè vir cælestis ille fuit, neque natura Philippus, neque imitatione fuit confors. *Plur. in Pelopida, & Diod. lib. 15.*

JASON Perleis facinororum æmulus. *Vide Tit. Vite aliorum astute insidiari, in loco de Aferia.*

POLYDANUS Hercules emulatione leonem in Olympo monte confect. *Vide Tit. Robusorum.*

C. JUL. CÆSAREM ad militarem virtutem impulit æmulatio Alexandri, cujus victorias cum legeret, lacrymas uberius effudit, quod ea ætate, qua ille terrarum orbem domuerat, nihil dum gefisset.

IMPUDICITIAM.

CLEOMACHUS Pharfalius, Chalcedensium contra Etrienfes bello Thefalico auxiliarius, cum amassu voce, ut equitatum hostium aggrederetur, permotus, victoriam Chalcedensibus insignem attulisset, monumentum ei in foro Chalcedenses erexerunt, & qui ante pueros amorem insanam duxerant, supra alios cum in admiratione habuere. *Plur. in serm. amat.*

ASAPAS, Periclis pellex, Thargellam imitavit in corpore præstantissimis Græcorum vulgato. *Vide Tit. Pellucum.*

A VARIITIAM.

Indorum ex Hispania militari crudelitate superstites in novo Orbe reliquæ, ceteri olim res externas nihil propemodum facere, & ab avaritia remotissimæ esse consueverunt: nunc tamen, paucis excepis, qui in majorum temperantia & animi moderatione perseverant, eas res & opes Hispani militis exemplo studiosè quærent, in easque velis ac remis in cubere dicerent. *Joan. Metellus.*

CLEMENTIAM.

AMURATHES III. Turcorum Imp. per omnia imitatus equitatem Cyri, maxima modestia & libertate tractavit Duces Thybalorum, Myrorum, Græcorum, qui in suam potestatem venerant. *Calcondylas lib. 1.*

PIETATEM RELIGIOSAM.

TRANQUILLINUS emulatione constantis Zoes Martyris uxoris Nicostri, pro Christo patitur. *Vide Tit. Martyr.*

TYRANNIDEM.

L. CATILINA, nobili Sergio familia, valido corpore, malo pravoque ingenio (cui ab ineunte ætate cædes, rapina, stupra, & alla facta dictu, pro bonis artibus fuerunt cordi: animus audax, alieni appetens, sui proflus, in quo multum eloquentia fuit, sapientia parum) Syllanæ proscriptiois ne

L. B. Theatr. vite Human. Tom. IV.

fatique dominatus mirator, pessimo exemplo captus, animum E. adjecit ad Rempub. per fraudem & scelus occupandam. *Sab. lib. 5. Enn. 6.*

Magis nuper natum Regem Judæorum Hierosolymis quarentibus, turbatus est Herodes Rex, de successore vel regni usurpatore metuens: sed quod mirabilis est, Hierosolyma quoque tota cum eo turbata est, malefanti capitis atque etiam exosi natum & imperium sequens. *Matth. 2.*

RAPTUM.

Phœnices nulla laceffiti injuria, Joan. Inachi filiam ex Græcia asportarunt: mox Cretenses Europam ex Phœnicæ, Græci inde ex Colchide Medeam. Cæterum quum hujusmodi rapina aliis impunè cessissent, inde Paris audacior factus, Helenam mulierum pulcherrimæ fama impulsus, velut aliud secutus negotium, in Peloponnesum navigavit. *Sab. lib. 7. Enn. 1. ex Herod. lib. 1.*

FORMAM.

Lais ita pulchra erat, ut Pictores ad eam accederent, ut mammae pectusque mulieris imitarentur. *Ælian. lib. 12.*

ÆNELLES Veneris typum, quam Anadonem vocant, à Phynis insigni pulchritudine mutatus est, quum ea in Eleufiniorum panegyri, spectante universa Græciæ, speciosissimum nudasset corpus (quod aliis ferè nunquam fecisse memoratur) soluta coma descendisset in mare. Cæterum ex eodem archetypo Peaxicles quoque Gnidiam dicitur Venerem conformasse. *Cal. lib. 14. c. 15. A. L. Eius statum fuisse apud Delphos auream scribit Libanius.*

HABITUM, VESTITUM.

ALEXANDRO Magno Antonius Catacalla (cum armis potulicæ similibus iis, quibus Alexander usus fuerat, uteretur) complures statuas in castris & in urbe collocavit. *Dion. Nic.*

ALEXANDER Mamma Imp. sibi fecit argyroaspidas & chrysoaspidas milites, cum clypeis auratis & argentatis, Alexandrum Macedonem sequutus: quem tradunt militum armis attingentes lamas, equis verò frenos aureos addidisse, loricas demum qualdam auro, qualdam argento magnificenter donasse. *Lampyr.*

NUMMOS.

Vide Tit. Pecunia adulterina, sub Persida loco. CLAVES.

DIETAS, Achivorum Dux, cum Heræensem urbem aperta vi capere non posset, occultè cepit, quibusdam Heræensem grandi pecunia corruptis: qui sapè venientes ad portas, cum his, quibus portarum claves erant commissa, fetionem conferebant, atque convivia agitates, clam expresserunt claves, & effugem Dietæ miserunt. Qui similes aequales claves publicis comparans, misit ad eos, ut noctem constituerent, qua portas aperire vellent. Dietas cum paucis militibus intravit, clavium stratagemate patefaciens ipsis introitum. *Polyen. lib. 1.*

GLORIAM.

HERCULES & THESEUS fuerunt inter se penè æquales, ut ex duabus patruelis nati. Mater Hercules Almæna ex Lyfidice orta est, Athra ex Pithæo, quæ Theſeum peperit. Pithæum, & Lyfidicem Pelops & Hippodamia genuere. Theſeum Hercules gloria occultè urebat, ejusque gesta domitium obverfabantur. Itaque vix decimum sextum annum ingressus, *uti Diod. lib. 4. & Plur. in ejus vita testantur*, Hercules exemplo terras obiens, nocentes quos superasset, eadem pena solebat afficere, quam illi per sevitiam in alios exercuerunt. Sicut ergo Hercules Danaëcum de rupe editissima præcipitem dedit, Bulyridem parentavit, Antæam palestra superatum occidit, Cygnum gladiatorum more confect, Termerum humana capita confingentem, verberibus contudit (unde in eos, in quos sua malefacta retorquerent, proverbio dicitur, Termerum malum) ita quoque Theſeus Sinim, Procuitum, aliosque tractavit.

THEMISTOCLES adhuc adolescentulus, in vino & iustis volubatur. At ut in Marathonē fudit fugavit Miltiades Dux legiones barbarorum, non offensus deinceps agentem Themistoclem dissoluit. Eam stupentibus conversationem: Haud finit, inquit, me dormire aut torpescere Miltiadis trophæum. *Plur. in Reg. Apoph.*

C. JUL. CÆS. cum in Hispania quæstor, Gadibus Alexandri imaginem conspexisset, graviter suspiravit, cogitans, ea ætate, qua Alexander Asiam penè totam subegerat, se nondum præclarum rem ullam gefuisse. Hoc ipso tacitè imitandum eum sibi fuisse contestatus.

HERON. OLGIVATVS Mediolanensis, adversus Duces Insubrum

A subum Galeachum Storeiam cum Carolo Vicecomite & Andrea Lamponiano conjuravit, spe gloria accensus, quam tyrannicida Bruti & Cassii exemplo sequi, sepe à Cola Montano preceptore (quondam Galeatii pedagogo) audiverat. *Jovius in elogio Galeatii Sarcia.*

RESPECTU RERUM, PER QUAS IMITANTUR. PER SCRIPTA.

CHRYSIPPUS Solensis, sive Tharsensis, discipulus Cleanthis, à Carneade parastus librorum lapide appellatur, eò quod scripta Epicuri sui imitans, eademque verbis & numeris istidem expresserit. *Diog. Laert. & Valer. lib. 1. c. 2. Anth.*

ORPHEUS, & HOMERUS, in suis scriptis Ægyptiorum mores & consuetudines imitati sunt; sicuti *Diod. Sicul. lib. 1. c. 9.* tradit.

ISOCRATEM in Rhetorica arte Aristoteles & æmulatus est & superavit, non exemplis, ut ille, sed præceptis posteritati commodans. Nota illius vox, Turpe videri Aristotelem sile- re, Ilocrate loquente. *Sabel. lib. 9. Emead. 3. ex Eliano, At Laertius hoc de Xenocrate, qui in Academia Platoni successerat, dictum asserit.*

M. TER. VARRO omnigeno carmine Satyras scripsit, imitatus Menippum: unde & Menippeus dictus est. *Gyraldus.*

M. TUL. CIC. Crantorem Solensem philosophum in lib. de consoli. imitatus est, pari fortassis eruditione, pari quoque fato; nam nec Crantoris nec Ciceronis libri extant.

TIBERIUS Imp. fecit & Græca Poemata, imitatus Euphorem & Arrianum, & Parthenium: quibus Poetis admodum delectatus, scripta eorum, & imagines, publicis Bibliothecis inter veteres & præcipuos auctores dedicavit: & ob hoc ple- rique eruditiorum certatim ad eum multa de his eiderunt. *Suetonius.*

TATTIANUS, Tatiani filius, qui Maximinum Juniorem in oratoria erudit, Provinciarum libros pulcherrimos scripsit, & Simia sui temporis dictus est, quod cuncta imitatus esset. *Capitolinus.*

M. MANLIUS scripsit Apotelesmata astrologica, ad imitationem Dorothei Sidonii. *Gyral. Dial. hist. Poet.*

PICTURAM, STATUAS.

Hæc Pictores & Statuarii, quatenus vel naturam vel artem imitantur.

REIP. ADMINISTRATIONEM.

PHOCION, cum videret eos, qui id temporis Repub. Atheniensem gerebant, partitos quasi forte bellicam & forensam administrationem, partim in concionibus dicere, & rogationes promulgare tantum, ex quibus Eubulus, Aristophon, Demosthenes, Lycurgus, Hyperides erant: Diopitem vero, Menestha, Leothnem, & Chareta imperando & bello g- erendo opes querere: institutum visum est ei Periclis, Aristidis, & Solonis tanquam integrum atque ex ambobus concinatum referre & imitari. Namque visus est illorum virorum quisque, ut Archilochi verba usurpem:

Virumque, & Martis confidens esse satellites, Musarumque artes nosse adamare pijs.

Ac Minervam ipsam bellatricem simul & civilium artium peritam esse & appellari videbat. *Plut. in Phocione.*

RESPECTU MODI. IMITATIO APTA, INGENIOSA.

ANAXIMENES Lamplaccenus, Alexandri Magni præceptor & comes, ut Theopompum Damonstrati inimicum suum ulciceretur, librum scripsit ad Athenienses Lacedæmonios, histo- ria maledica exquisitissime expressa: in scriptoque Theopompi nomine, cujus stylium eleganter imitatus erat, ei librum misit. Itaque inimicitia adversus Theopompum tota Græcia exarserunt. *Svidas.*

THEON hominem armatum equo insidentem non prius ostendit, quam tuba ruerit impetum in populi acribus quodammodo effinisset. *Elianus, de var. hist.*

Cum navale prælium Neacles pingeret, quo Petæ cum Ægyptus in Nilo decertaverunt, neque penicillo tam bene assequeretur, ut inter Nilii aquas ac præstare non poterat: nam in Nili ripa asellum pinxit bibentem: & juxta crocodillum ad- didit asinum invadentem, ut devoraret: cum sciret, nullum animal maris aquas bibere, atque in ea regione crocodillos solum Nilum ferre. *Val. Max. lib. 8. c. 12.*

TIMANTHES nobilis pictor, lactolum immolatæ Iphigeniæ sacrificium referens, cum Calchantem tristem, mæstum Ulysem, clamantem Ajacem, lamentantem Menelaum circa aram statuisset, caput Agamemnonis involvendo, nonne lum-

ini meroris acerbissimam arte exprimi non posse confessus est: Et itaque pictura ejus, auspiciis, & amici, & fratris lacrymis madet: patris fletum, spectantis affectum existimandum reliquit. *Val. Max. lib. 8. c. 12.* Imitatus autem videtur Euripidem, qui in Aulide reliquos Græcorum principes mæstos & lacryman- tes; Agamemnonem verò obvoluto capite aræ altantem fin- git, ad doloris magnitudinem, quæ verbis exprimi non pos- set, significandam, inquit:

— Ὅς εἰ ἰσθίδων Ἀγαμέμνωνος δακρῶν Ἐπὶ σπαγὰς σφύραται εἰς ὄλοσ' ἰκίλων, Ἀγρυπνῶδες, κλυτὰν δὲ σφάλας κάρη δακρυῶν ὀρνύων, ὁμμάτων πύκτων ἁποδίδει.

LIBANIUS Sophista Constantinopoli docens, mirus artifex in dignoscendis auditorum ingenijs, longèque mirabilior in vitijs & virtutibus illorum effingendis, & exprimentis, sic ut quilibet existimaret se alterum ipsum videre: & visigò dice- rent, Libanium veluti pictoris tabulam, naturas hominum & mores omnigenos ex æquo imitati. *Eunapius in ejus vita.*

INEPTA, VEL RESPECTU EJUS Quod imitatur.

Huc omnes ii qui vel id quod non debent, vel quod non possunt, imitantur. Vide paulo ante, imitationem vitiorum.

Ethiopes Regis morbos imitantur. *Vide Tit. Fidei subditorum erga Reges, amando.*

CHRYSIPPUS Solensis æmulatus est in scribendo Epicurum, ut si quid Epicurus scribere cœpisset, scriberet & Chrysippus. Atque idè sepius eadem scripsit, tumultuariè simul & mædo- se propter festinationem: totaque testimonia ingerit, ut his solis pleni libri videantur esse. *Laert. in Epicuro.*

Discipulis Platonis imitatos memorant quos contractos ha- meros, Aristoteles balbutiens. *Plut. de Dignosc. adul.*

ALEXANDRI Succesores complures & amici æmulati sunt illius projectam cervicem, & in sinistram humerum modicè propensam, oculorumque levitatem, & vocis asperitatem. *Plut. in Alexandro.* Ejusdem quoque luxum familiaris secuti sunt, teste *Eliano.*

Poetarum sui temporis stultitiam in externa specie à Demo- crito adfucibrata potius, quam in nativa & genuina idea imi- tanda. *Horat. lib. de Arte his verbis taxat:*

Ingenium misera quia fortunatus arte Credit, & excludit Janos Heliconæ Poetas Democritus: bona pars non unguis ponere curat, Non barbaram: cœcra petit loca, balnea vitat. Nam cœcetur enim pretium, nomenque Poete, Stribus Anticyris caput insanabile nunquam, Torsori Licino commiserit.

Auctoritate Cratini veteris Comici peritasti Poetæ, quòd

Nulla placere diu nec vivere carmina possunt, Quæ scribantur aque potioribus. — Exemplo quintetiam præstantiss. Poetarum, quia

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus. Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma Profluit dicenda. —

Non cessare, ut inquit *Horat. lib. 1. Epist. 19.* Nocturno certare mero, putere diurno.

Quorum stultam imitationem eodem in loco insectatur, in-H quens:

Quid? si Quis vultu torvo serus & pedo nudo, Exiguæque togæ simul et tæxore Catonem, Viriutemque repræsentet moreque Catonis! Rapti Hyarbitam T imagenis amula lingua, Dim studeat urbanus tenditque disersus haberi. Decipit exemplar vitiosum imitabile. Quòd si Pallarem casu, biberent exanguie comminum. O imitatores seruum pecus, ut mihi sæpe Bilem, sæpe jocum vestri movere tumultus!

CÆSARE cum exercitu Romam perente, Cn. Pompejus, cu- jus curæ se se Respub. commiserat, Brundisium cœcessit, & il- line solvens, in Græcia exercitum & classem collegit: Themis- toclis se consilium imitari prætexens, qui adventante Xerxe, relicta urbe, naves conscenderat. At in stulta cerè imitatio fuit, in disparte causa, & eventu dispare. *Plut. in Pompejo.*

Horatius lib. 1. Satyra 10. de seipso sic scribit: Atque ego quum Græcos facerem natus mare citra Persiculus, venit me tali voce Quirinus: Post

A Post mediam noctem visus, quum somnia vera: In sylvam non ligna feras insanus, ac si Magnas Græcorum malis implere cætervas.

M. FAVOVIVUS Philæriti Catonis Junioris & æmulator, qualis Apollodorus Phalerensis quondam fuit Socratis, incitatus & mente motus ab ejus oratione, quæ non sensim, neque modicè, sed acriter eum rapuerat quasi lymphatum & fanaticum. *Plut. in Catone.*

Dum Pompejani victi à Jul. Cæs. Uticam ad Catonem con- fugissent: Scatilius quidam Catonis libique intactum & im- mortum affectabat animum. Hunc oravit Cato, ut abnavigaret. Ubi recuavit, Apollonium Stoicum & Demetrium Peripatet- ticum mumentem mollire atque adducere ad id, quod ex usu ejus esset, iussit. *Idem.*

Camurum omne pallorem bidentibus gignit. Ita ferunt Por- tii Latronis clari rhetoris adfectores similitudinem coloris studiis contracti imitatos: & paulò ante Julium Vindicem ad- fertentorem illum à Nerone libertatis, captatione testamenti, sic lenocinatum. *Plin. lib. 20. c. 14.*

C. CALIGULA Cæsar Bajarum medium intervallum, & Pu- teolanas moles trium millium & sexcentorum ferè passuum ponte conjunxit, contractis undique onerariis navibus: imi- tatione Xerxes, qui non sine admiratione aliquantò angustio- rem Hellespontum contabularit. *Suetonius in Caligula, & Diod. lib. 58.*

CONSTANTIUS Imp. Magnentio Lugduni victo, Romam veniens, urbis magnificentiam cum stupore admiratus est. Cum ad Forum Trajani venisset, Trajan equum locatum in arrio medio imitari se velle & posse dixit. Cui Hormisda Persa propè altans, Anè, inquit, stultulum tali condi jubeto, si va- les: equus quem fabricare constituis, ita latè succedat, ut iste quem videmus. *Marcellinus.*

Per quod imitatur. *Consule Tit. Emulorum, quatenus eorum quos amu- lantur, virtutes ineptè expriment, item Tit. Nigactatis.*

Simonides vitiosè imitatus Homerum. *Vide Tit. Sagitta- riorum.*

NEARCHUS Pictaci Mitylenæ F. Orphei lyram nactus, eum infeliciter imitatus est. *Vide Tit. Muscorum indocto- rum.*

DIONYSIUS Siciliæ tyrannus comedias & tragedias scripsit quas cum contempni, & vulgi fabulam esse cognosceret, nulli rei parcebat, ut Æschyli pugillares, quibus ille sua Poemata describere fuerat solitus, assequeretur; quibus adeptis, jam se Æschyli doctrinam omnem & scribendi rationem habere existimabat.

CICERO in oratore, corripit quosdam sinistros imitatores Thucydidis, qui relicti virtutibus, ipsius vitia sedulo expri- mebant. Hujus, inquit, nemo neque verborum neque sen- tentiarum gravitatem admiratur; sed cum multa quadam & hiantialocuti sunt, que vel sine magistro facere poterunt, germanos se putant esse Thucydidas. Ejusdem judicii quo- que fuit Dionysius Halicarnænsis. *Vidior. lib. 4. Var. leli. cap. 10.*

Cum Philippus Alexandri Magni pater expeditionem in Corinthios apparare diceretur, Corinthiis operi certatim in- cubere ceperunt: hic arma comparabat, ille lapides con- gerebat, alius muros subfruebat, nonnulli propugnacula firmabant. Forum studium Diogenes Cynicus videns, pallio suc- cinctus, dolium suum illud citròque versare per vicinum col- lem cepit. Percontante quodam, Quidnam hic agis, ò Dio- genes? Velvo (inquit) ego quoque dolium, ne solus cessi- tor esse videar. *Galdo Bivricensis.*

C. CÆSAR CALIGULA militiam, resque bellicas semel atti- git, neque ex defuncto, sed cum ad videndum nemus, flumen- que Clitumæ Mevaniam processisset: admonitus de supplen- do numero Batavorum, quos circa se habebat, ut Imperato- rem se nosset, Jul. Cæsarem, & Augustum imitaretur, ex- peditionis Germanicæ impetum cepit, neque distulit; sed le- gionibus & auxiliis undique excitis, delectibus undique acer- biffimè actis, contracto & omnis generis commeatu, quantum nunquam ante, iter ingressus est: consuetique modò tam festi- nantè & rapidè, ut prætorianæ cohortes contra morem signa jumentis imponere, & ita sublequi cogenter: internum adeò legentè & delicatè, ut octophoro veheretur, atque à propinquantium urbium plebe verti tibi vias, & conspergi prop- ter pulverem exigeret. *Sæton.*

NERO Cæsar se cum deflinarct, qui Apollinem cantu, Solem aurigatione æquiparare putaretur, imitarique Herculis facta; *L. B. T. best. vit. Human Tom. IV.*

in idque leo paratus fuisse dicitur, quem nudus in Amphithea- tro, clava aut brachiorum nexibus elideret. *Sabel. lib. 2. Emead. 7. ex Suetonio.*

ANTONIUS CARACALLA ad Istrum cum pervenisset, Germa- nos accolos sibi conciliavit, ut & auxilia ab eis acciperet, & satellites, & eorum abitu uteretur. *Svidas.* Thraciam petens Macedonibus conterminam, repente adeò studiosus Alexan- dri factus est, ut omnes urbes & urbium templa illius imaginibus brevi repleverit, renovata passim Ducis memoria: quin bicipitia quadam simulacra figuravit, sua scilicet & Alexandri fa- cie. Ipse Macedonicè more causam gestabat & crepida. Le- ctestimam juvenum manum, Macedonicam phalangem appel- lavit. Hi utebantur eodem armorum genere, quo vivo Alexan- dro armati fuerant, galea nimirum facta ex crudo bovis corio, thorace ex lino triplici, scuto ex ære, lancea longa, hasta brevi, crepidis, gladio. Alexandrum Orientalem Augustum appellavit. Romanarum legionum ductores iusti sunt ferre nomina, qua- olim Alexandri duces tulissent. Ilium progressus, Achilles tu- mulum inivit, ornavitque corona & foribus: quem ut imita- retur, Festum libertorum castissimum, Patroclum appellavit. Hunc paucis diebus quibus Ilii fuit, extinguit (ipsum operat. F. quidam putant, ut Achilles ritu amicum funeraret) honorificen- tissimè sepelivit, Achillem in omnibus imitatus. In quo mini- sterio quam crimem quereeret, quem ergo injiceret, effectus Caracallæ petarus capillus, omnibus ridiculo fuisse dicitur; to- nondit tamen quos habuit, Post Achillem & Hannibalem Pa- tronum mirari, & ex Romanis Ducibus unum Corneliium Syl- lam. *Sab. lib. 5. Emead. 7. ex Dione.*

REGULUS Rusticum Stoicorum simium dixit, contumeliatè gratia, ut refert *Plin. in Epistol. opinos, quòd barba & pallio Stoicum ageret verius quam moribus. Erasim. in Adagius.*

COMMODOUS Imp. repudiato Romano principum habi- tu, leonis pelle intratus, clavam gestans, in medium pro- dibat. Interdum non sine contemptu & derisu in muliebri ves- te, ut Hercules, cujus æmulus videti voluit, sese spectandum obtulit. *Sabel. lib. 5. Emead. 7. ex Dione.*

MAXIMILIANO I. Cæsari legati Venetorum superba voce bel- lum indicabant, Romana imitatione: S. P. Q. U. indicit bel- lum Maximiliano. Quibus ille: Quam ineptè indixistis, tam stultè bellum gerite. *Joach. Cureus in Silesie Annalibus.*

Viderat quidam Erasim. Roter. penna scriptoria ligneo tu- bulo immissa ob brevitate litteras exarantem: illius exem- plo calamos omnes quibus utebatur, manubrio inferebat, tan- tam eruditi istius viri frugalitatem imitatus.

FACILIS.

Vide paulo ante, Inventio consilio suscepta per Imitationem.

PHILIPPUS Amintæ filius, Macedo, excogitavit *σωα- τριον*, ordinem illum junctissimum phalangis, quæ Macedo- num peculiaris fuit (Livius Cuneum vocat) sumpto exem- plo heroum, qui clypeos clypeis in bello Trojano jungebant, uti scribit Homerus:

Ακρίς ἢ ἀκρίδ' ἔπειθε, κίπυς κίπυ, ἀκίρα δ' ἀκίρ. *Diodor. lib. 16.*

PHEDIAS simulacro Jovis Olympii perfectò, quo nullum præstantius, aut admirabilius humanæ fabricatæ sunt manus, interrogatus ab amico, Quonam mentem suam dirigens, vul- tum Jovis propemodum ex ipso cælo petiitum, eboris linea- mentis esset amplexus? Ille se Homeri versibus quasi magistro ulum respondit:

Ἡ, ἢ κωκίον ἔσ' ὄργιον εὐδὸς Κρονίω? Ἀυβρίων δ' ἀρα χεῖρ' ἐπαρῆσατο δ' αὐτοῦ. Κρεττὸν ἀπ' ἀδωάντιο, μέγαν δ' ἐδέξατο Σάτυρον. *Valer. lib. 3. c. 7.*

JUVENALIS de Græcorum facilitate in imitando quidvis, in hunc modum *Satyra 3.* ubi nationem vocat comedam, ob historionicam imitationem:

Ingenium velox, audacia perdita, sermo Promptus, & Haerorventior. Ede quæ illum Esse putes, quemvis hominem secum attulit ad nos: Grammaticus, Rhetor, Geometres, Pictor, Alipies, Augur, Schenobates, Medicus, Magus, omnia novit: Graculus esuriens, sicut cæsum jussit, ibit. Ad summum non Maurus erat, nec Sarmata, nec Thrax, Qui jussit pennas, mediis sed natus Athenis.

Hic de Ægyptiis contra Cæsarem dimicantibus: Ipsi homines, inquit, ingeniosissimi & acutissimi, quæ à nobis fieri vide-

A viderant, ea solertia efficiebant, ut nostris illorum opera imitari viderentur.

M. FRIUS Bibaculus Cremonensis Jambographus, Pantomimus dicitur, quia omnia imitaretur. Circa tempora Cicetonis fuit. Virgilius ab eo carmina aliquot accepisse dicitur, teste Macrobio. Gyrard. Dial. 4. Hist. Post.

TRIANUS Græcus orator, præceptor Maximini principis, qui scripsit libros provinciarum pulcherrimos, omnia tam probe in vita imitatus est, ut non immerito sui temporis simia appellatus sit. Capitoliis in Maximino, & Celius, lib. 3. c. 10.

TRUS Imp. notis excipere velocissimè solitus, cum amantibus suis per ludum jocumque certans imitabat chirographa quæcumque vidisset: ac profitebatur sæpè, se maximum salarium esse potuisse. Sueton.

ALEXANDER Archiepiscopus titulo D. Andrea, filius Jacobi Scotie Regis, insignis artifex erat in aliena manu imitanda. Semè olim Erasmi Ror. quo familiarissimè utebatur, ostendit codicem quandam typis excusum, quem cerò sciebat nunquam ab eo lectum. In eo multa annotat in spatii marginalibus. Protinus agnovit Erasmi manus suam: Agnoico, inquit, signas meas, verum codicem hunc nec legi, nec habui unquam. Ille contra: Legisti olim, sed excidit, alioqui unde hæc tuæ manus notæ? Tandem cum risu falsus est dolam. Tum Erasmus: Næ tu præclare salarium agere possis, si velis. Erasmus adversus mendacium.

DIFFICILIS.

VIRGILIUS, cum sibi exprobratum esset, quod versus Homericos abulisset, & in operis sui congruam redegeret, respondisse traditur, magnarum esse virium, auferre clavam de manu Herculis. Non dissimulans, se illis versibus non precariò, sed pro suis uti. Petrarca de Iocis.

RESPECTU CONATUS.

IMITATIO IRRITA.

TELESIAS Thebanus Poeta & musicus, cum juvenis adhuc in optima musica versatus esset, Pindari, Dionysii Thebani, Lampri, Praxio, & reliquorum Lycorum, qui Poetae crimonator fuerunt: exacto ætatis vigore, usque adeo captus est æcena & varia illa musica, ut neglectis illis bonis, in quibus diu versatus fuerat, ad Philoxeni & Timothei modos, varios atque novos, animum deflexerit: & tamen cum diu satis elaborasset inter Pindaricum & Philoxenium modum, Philoxenium quamvis deteriorum nunquam assequi potuit, quod optimis a puero assueverat. Plut. in Musica, ex Aristophano.

Cum in rebus similibus illis tradendis admirabilis semper fuerit Homerus, illa in primis ipsius collatio celebratur, & a magnis auctoribus in actis tollitur, cum, intersecto ab Hecatore Patrolo, Principes Græcarum copiarum se eò repente contulerunt, ne corpus ipsius ad se traherent hostes, ludibrioque ipsum afficerent: contraque Trojani, & ipsi conferti, Duce Hecatore, plenam integramque victoriam illam adipisci conati sunt, ac globo facto fortiter restiterunt Græcis. Concursum enim eum, clamoremque editum ab utraque parte, illustrare volens Poeta, fecit eum similem magno fluctu, qui incurrit in fluvium autem imbribus, & ipsum magnam vim aquarum effundentem in mare: unde vicina litora, percussa fluctibus clamant, sonoremque ingentem edunt. Omnis igitur hæc collatio multis magnisque virtutibus referta est; in primis autem tertius ipsius versus, quo singulari quodam artificio, sermonisque ejus facilitate, mirifice exprimitur: factum namque in ea esse, quod videtur naturæ repugnare, ut quod auditur, planius evidentique sit, quam quod aspicitur. In alio tamen scholio in eundem locum, traditur hoc contigisse Soloni, quod mihi fuit minus verisimile est: neque enim ita grandis ille Poeta fuit, ut contendere de summo loco poterit cum Homero: & præterea poemata ipsius lævis præterquam, & aliquando etiam mollia læcivaque erant. Plut. lib. 26. Var. lib. c. 13.

PHILOXENUS Megalopolitanus Dux præstantissimus Arcadum, Epaminondas Thebanus artes & res gestas studiosissimè æmulatus, assequi tamen nullo pacto potuit. Fuit enim Epaminondas miro protus ingenio, & animi lenitate summa, cum

hic ad iram esset proclivior. Pausan. in Arcad. De eò sic Plut. E Srenitate ejus & prudentiam atque abinentiam, egregiè expressit: lenitatem, gravitatem, humanitatem in civilibus contentionibus non potuit retinere. Unde propter iracundiam & animum præcitatum, ad militares videbatur, quam ad civiles artes accommodator.

RESPECTU EVENTUS.

IMITATIO FELIX.

Quemadmodum qui frequenter jacunt, interdum etiam collineant, scopumque feriunt, dum assiduitas & quotidiana industria in tractandis instrumentis, plerumque ad dexteritatem non scientiam, sed artem gignit: ad eundem modum Libanius Sophista Antiochenus, dum æmulationis studio atque imitationis contentione, ad junctæ, & veluti affricat verberibus scriptoribus, optimis & idoneis ducibus, vestigia optima ingressus est, & fructus via quam institit dignos percepit. Emman. in ejus vita.

SELMUS Temporum Princeps, cujus majores ab historia velut a fabulis super abhorretant, primus gesta C. Jul. Cæsaris in linguam vernaculam transferri curavit: ac ejus imitationem brevem magnam Alce minoris & Africæ partem cum Imperio majorum conjunxit. Bodinus.

INFELIX.

ICARUS patrem Dædalum male imitatus perit. Tit. Nautarum.

TUL. HOSTILIUS Numæ magiam in eliciendis fulminibus non ritè imitatus, fulmine ictus confagravit. Plinius lib. 28. c. 2. ex L. Pisonæ.

In eadem Joan. Cardinalis & Juliani Medicorum conspirant Augustinus Caponius, & Petrus Paulus Boiccius, qui Bruti virtutem & gloriam ferebat in cælum, seque Brutum fore testabatur, si sibi fidem magni consilii participem Cassium reperiret. Ergo Caponius, qui multa ab osculo ex historiis de Cassio præclara audiverat, libenter in ejus nomen est adoptatus. Ceterum detecta conjuratione, uterque supplicium extremum tulit. Jovius lib. 3. in Leone 10.

* Immortalitas.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Immortalitas, ἀθάνατος Græcis, est sempiterna vivendi duratio sine extenso. Unde immortalæ dicitur illam, qui semper vivit, & nunquam moritur. Competit autem Christo homini, Angelis, materiæ primæ, & animæ rationali, quæ suapte natura nequeunt interire: per absolutam tamen Dei potentiam possunt. Deus verò singulari modo immortalis est, nec per ullam potestatem deficere aut interire potest: unde & solus immortalitatem habere dicitur, 1. ad Timoth. c. 6.

IMMORTALITAS ANIMÆ.

ADERTA Ex S. SCRIPTURA.

Per hoc quod dicitur de Abraham: Congregatus est ad populum suum, innotuit, quod in alio sæculo haberet populum, scilicet homines qui benè vixerant, sicut & ipse. Genes. 25. H Simile habetur de Isaac, Appositus est populo suo. Genes. 35. Et de Jacob. Gen. 49.

Quum crederet Jacob mortuum esse Joseph: Descendam, inquit, ad filium meum, lugens in infernum. Unde credebatur eum ibi esse secundum spiritum. Gen. 37.

Frates Joseph volentes dicere, quod unus fratrum suorum mortuus esset, dicebant: Duodecim fratres sumus, filii viri unius minimus cum patre nostro est, alius non est super. Gen. 42.

Apparens Dominus Moysi in Rubo, dixit: Ego sum Deus Abraham, Isaac, & c. Per hoc probat Salvator noster resurrectionem mortuorum: Non est, inquit, Deus mortuorum, sed viventium. Exod. 3.

De Chore & complicitibus ejus dicitur: Descenderunt vivi in infernum, & operi humo, & perierunt de medio multitudinis. Per hoc patet, quod in inferno vivant mali secundum animas. Math. 22. Num. 16.

Si Saul credidisset Samuelem penitus, quantum ad animam fuisse extinctum, non petivisset ipsum suscitari. 1. Reg. 28. Mirantibus servis David, quod ipse pro mortuo parvulo non ploraret, dixit: Ego vadam ad eum, ille verò non revertetur ad me. 2. Reg. 12.

Cum

EXEMPLA ETHNICORUM.

Idipsum tenerunt, & per umbram viderunt Philosophi Ethnici. Alian. lib. 13. narrat, Cercidam Megalopolitanum, qui morbo laborabat, interrogatum, Num libenter migraret à vita, respondisse: Quidni? Delector separatione animæ à corpore, quoniam ad eas oras ascendam, ubi videbo ex Philosophis Pythagoram, ex Poetis Homerum, ex Musicis Olympum, & alios viros in omni scientia præstantissimos.

SOCRATES, priusquam venenum hauriret, dixit: Quanti æstimatis colloqui in altera vita cum Orpheo, Musæo, Homero, Hesiodo? Quanta voluptate perfundar, cum Palamedem, cum Ajaxem, cum alios judicio iniquorum damnatos conveniam? Equidem sæpè excedere è vita, si fieri posset, vellem, ut quæ dico, possem invenire.

CATO legens librum Platonis de immortal. Animæ, seipsum occidit, ut immortalæ hanc vitam assequeretur.

CYRUS apud Xenophontem moriens, ait ad filios: Nolite putare filii, me, cum ab hac vita migravero, nusquam animum fore. Nam nec dum vobiscum communicabam, animum meum intrabamini, sed corpus hoc ejus esse domicilium intelligebatis. Eundem eum esse creditore, etiam modo sepelitur à corpore.

Cicero lib. 6. de Republ. Scipionem Africanum jam vita functum, ita loquentem inducit: Sic habeto, omnibus qui partem conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in cælo, ac definitum locum, ubi ævo sempiterno fruatur. Et interrogatus, viverentne ipse, & alii, qui putabantur extincti? Imò verò inquit, hi vivunt, qui ex corporum vinculis tanquam è carcere evolarunt: Vestra verò quæ dicitur vita, mors est.

Adducuntur ad hunc locum plura hujus argumenti, ex loco Anima. Item de Iudicio & Iudice. Tit. Iudicium Metaphysicum. De Animorum immortalitate. Vbi quid hæc de re Ethnici senserint, luculentè & distinctè asserunt.

Impassibilitas.

Sive IMPATIBILITAS.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Impassibilitas est qualitas quedam, qua vivens redditur tutum, vel conservatur adversus omne id quod vim inferre, nocere, aut illud destruere potest, sive id fiat ab intrinseco, sive ab extrinseco, hoc est, sive ab ipso temperamento corporum ipsorum eveniat, aut influxu aliquo conservativo, sive ex eo, quod sublimiore potentia concurrente omne noxium amoveatur, aut concursum suum Deus subtrahat, ne nocere possit, quod aliàs vi sua nociturum esset: quomodo tres pueri in fornace Babylonica, Daniel in Lacu Leonum, S. Agatha in medio flammarum, manserunt illæsi.

IMPASSIBILITAS CORPORIS.

Causa hujus vel nature accepta ferenda, vel magiæ, vel diviniæ potestati. Ex loco igitur Miraculorum, tum sacrorum, tum magicorum, hæc quadam transferri poterunt. Item proprie ex Loco de gloriosi corporis dotibus. Ex Loco de Resurrectione, & Sanctis.

ASPECTU. INVISIBILIS.

Observatum in veteribus memoriis, Perseum ad Gorgonas profecturum, à Minerva clypeum accepisse vitreum, per quem videre, nec videri posset. Tradunt alii, galæ vim fuisse hæc à Mercurio eidem oblatam. Alii Orca galæ à Nymphis accepta usum putant, ejusdemque beneficio insequentes duas Gorgonas Euryclæm & Stheno, Medusæ fororis eadem ultas, elussisse & effugisse. Calvus lib. 6. c. 11. Lett. Antiq. & Erasmi.

Annulum aliquando fuisse ferunt Gygi Lydorum Regi, mirandæ cujusdam & inusitæ nature. Siquidem ubi ejus volam, sive fundam malis fuisse (nam ægredibus hæc Græci vocant) ad palmam converterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: Idem rufus videbatur, quum in vertit annulum. Itaque hæc opportunitate annuli utilis, reginæ stuprum intulit, eaque continente, Regem dominum interemit, sustulitque quos obstatte arbitrabatur, nec in eis eum facinoribus quicumque potuit videre. Sic repente annuli beneficio Rex factus est Lydia. Ex Platone Cal. lib. 6. c. 11. Lett. Antiq.

AB IGNE INCOMBUSTILES.

Haud procul urbe Roma in Faliscorum agro familie sunt, Z 4 pau-